

TRACTVS RHENI TERTIA TABVLA

**INFERIORIS GERMANIAE
PARS.**

Habes in hac tabella, amice Lector, bo-
nam inferioris Germanie partem, vna cum
cunctis eius annibus, celebratissimoq; flu-
mine Rheno. Qui tandem in tres claros se-
scindens riuos, nimirū, Vahalim, Leguam,
& Ißulam, armitit natuum nomen Rhe-
ni, olim apud oppidum Leidam in ma-
re solitus exonerari.

Excudebat Gerardus de Jode

<i>U. Ger. magna</i>	1	2	3
<i>Ailia Ger. comm.</i>	1	2	4
<i>Parua. Miliareia</i>	1	2	5



TRACTVS RHENI, Tab. 3.

Leodienses, ab Leodio nobili ac veteri ciuitate appellant, quo loco Episcopus residet, cui hæc ora subest, ac ad Occidentem & Septentrionem Brabantę, ad Orientem Oberrincano tractui, ac Limburgensi ducatui, à Meridie Namuratinensi comitatui cōtigua est. Terra tantæ bonitatis, fertilitatis ac amœnitatis, vt eam Ioannes Mandeuilius Anglus, vniuerso penè orbe peragrato, omnibus alijs regnis, prouincijs ac regionibus præferens, quasi vnicè commendarit, eamque ex omnibus elegerit, in qua reliquum vitæ suæ cursum vel tempus transigeret, ac Leodij eam tandem finiuit, ac sepultus ibidem anno 1372. Aër saluberrimus, ager frumenti obsonijque fertilissimus, vini etiam nonnihil producit, verū ignobilioris: victualiorum ac annonæ magnam facilitatem faciunt carnium tum domesticarum, tum ferinarum, insuper & piscium copia. Mineras metallorū, præsertim ferri complurimas gignit, Auri etiam nonnihil purissimi protrudit, ac plumbi. Marmoris insuper & alabastri, ac lapidum statuariæ aptissimorum fodinas diuites, ac lapidum quorum in Belgicæ descriptione meminimus, Litantrakes vocatur, nusquam maior copia. Hinc enim per vniuersam ferè Belgicam diuehuntur, ac lignorum inopiam leuant. Quare huius terræ incolæ tria se iactant habere notatu dignissima, panem pane meliorem, ferrum ferro durius, ignem igne calidorem. Nitri etiam seu salis nitri copiam producit, ita vt vix quidquam desideret hæc regio, ita enim eam omnibus natura dotibus exornasse videtur, vt nec thermis etiam careat, quas Plinius Tungrorum oppido subiicit lib. 31. cap. 2. à Tungris tamen octo circiter milliaribus distant, ab Leodio autem quinque, à Limburgo paulò plus

duobus. Plinij verba sunt. Tungri ciuitas Galliæ, fontem habent insignem plurimis bullis stillantem, ferruginei saporis, quod ipsum non nisi in fine potus intelligitur, purgat sic corpora, tertianas febres discutit, calculorumque vitia depellit. Eadem aqua igni admota turbida fit, ad postrem rubescit. Hic itaque fons eo quo dixi loco reperitur, ad medijs milliaris distantiam, à pago quem Spa vocant in Leodicensi diocesi, in luco qui Ardennæ syluæ portio est, fontes multiplices diuersorum generum morborum remedia, eorum tamen præcipuus est is, quem Sauenier appellant, in editiore colle scaturiens, is eas quas Plinius recensuit vires obtinere compertus est, singulisq; notis respondet. Ab his haud ita procul absunt spacia, vt pote quinque milliariorum Aquisgranensis thermæ, quas Vegerras Ptolomæus vocat. Hic est fons naturâ calidus & seruens, hîc Hecticam, & Ethicum morbum, Hydropisim & Paralysim, & reliquos iuncturarum morbos tollit ac curat. Continet & hic Episcopatus insignis ducatum Bouillonensem, Marchionatum Francimontensem, comitatum Lutzensem & Hasbanensem, ac infinitos prope modum Baronatus, quorum enumerationem hoc loco prolixitas non patitur. Est & S. Trudis oppidum, quod corrupto nomine sic appellant, cum Centronum reliquiæ proculdubio sint. Sunt hæc dictæ regiones à 50. gradibus latitud. vsque ad 52. & ab 27. longitud. vsque ad 29 $\frac{1}{2}$. atque hæc paucis de ijsdem monuisse generatim sat sit: donec singularum peculiares obtingant delineationes.

MANSFELDIAE COMITATVS.

Mansfeldiae Comitatus nomen haud obscurum est, à cognomini in eo oppido, quod ipsum à Manno Tuysconis filio appellatum traditur, sionat autem Mannicampum, cui opinioni suffragari videtur huius vicinus locus Ascaniæ, qui Ascenes Germanorum patris nomen referre videtur. Saxonum etiam hi populi sunt, & inter Hermunduros numerandi censentur. Hertici hodie, & Herzischen, aut Hartzlender, ab Hartone sylua Hessos, Toringos, & Saxones discernente nominantur. Regio est superiori Saxonie inter Salam amnem ac VVipерум inserta. Complectitur autem huius Mansfeldensis Comitatus territorium in se complura dominia, vtpote Ducatum Arnhaltensem, Palatinatum, Saxonum, Comitatus Arnstettensem, VViprensem, quem Cherusci olim tenuisse creduntur. VVethinensem, Quernfurtensem, Ballenstedensem, Ascaniensem, Stolbergensem, Arnsteinensem, Reinsteinensem, ac præter hos diuastias, collegia Canonica, Baronatusq; aliquot, quæ pleraq; olim peculiaribus suis subfuere Comitibus ac dominis: nunc verò vix alium præter Comitem à Mansfeldt agnoscunt. Loca sunt montana, Meliboci montes, antiquioribus Geographis dicti sunt, syluis hinc inde conspersi. Aër bonus ac saluber. Terra frumenti satis ferrax. Eius tamen viscera diuitiarum plus quam superficies habent. Eruitur enim ex eius montibus prope Mansfeldiam, Eislebiam ac Hochsteten, lapis niger ac fissilis, cuiusmodi is est, quo in laminas tenues secto, tegularū loco vtrinque, nonnullis ardosæ vocantur, is picis ærisque plurimum obtinet, ac metalli minimè occulta habet indicia, cōspicitur enim inspersus auri cupriue color. Hunc itaq; ingenti copia erutum ex montibus, lignisque circumpositis, vna exurrunt, incensus autem odorem emittit eundem que Lithantrakes, seu Carbonarij lapides: at si contingat placidas pluuias ignem conspergere, tantum abest ut extinguatur, ut maiores etiam flamas excitet, lapisq; eo citius liquefacit, quod bituminis picisue non obscurum est indicium. Neque hoc tacendum videtur, cum ludetis naturæ miraculum non immerito videri queat, quod is

lapis manifestas ostentat insipientibus animalium ferè omnis generis effigies, ramentis ac liniamentis aurei coloris: ita ut quodus primo intuitu dignoscere queas. Affirmant nonnulli eorum saltem animalium quæ propinquus gignat lacus, eum præ se ferre imagines, cuiusmodi sunt pisces, anguillarum, carpionum, ranarum. Verum alij perhibent etiam aliorum animantium figuræ eum exhibere ad vnguem, vtpote gallorum gallinaceorum & Salamandrarum, quin & in quodam eorum lapidum, Pontificis cuiusdam barbati effigiem, triplici diademate ornatam, multis conspectam aiunt. Hæc loca Tubantes populi olim habitasse creduntur. Regionis caput est Mansfeldia, ad VVipperum amnem sita. Vrbes præterea habet Eislebiam, Querfurdiā, Rotenburgum, Alstadium, ac complures alias. Fluminibus rigatur Sala, Vnstrut, duabus tribusue VVipperis, ac alijs infinitis riulis, torrentibusque ignobilioribus. Latus Orientale Misnia claudit. Meridionale partim Misnia, partim Toringia cingunt. Occidentale Hessia, Hartoque ad Melibocum montem excipiunt. Vbi Schwartzenburgensis & Stolbergensis Comitatus, item Sangerhusi, Anhaldiæ, & Asseburgij principatus confines habet. Septentrionale autem latus Saxonie superioris Ducatus terminat. Occidentalis terminus est, sub 28. gradib. 44. minut. Longitudinis quo loco est Stolbergum, Orientalis autem sub 29. gradibus 33. minutis longit. qui meridianus est Hale Milnensium vrbis. Austrinus limes est 51. grad. cum 27. minutis latitudinis, qua latitudine est Bruckscheide: Boreus verò est 51. graduum, cum 53. minut. latitudinis, quæ est latitudo Ascaniensis vrbis. Est itaque sub initium noni climatis, sub parallello 19. diemque habet artificialem prolixorem horarum 16. longitudinem itaque habet ab Occasu in Ortum milliariorum Germanicorum 8. seu Italicorum 32. latitudinem verò ab Austro in Boream milliariorum Germanicorum 7. seu Italicorum

30.

Ee

CLI.

*MANSFELDIAE COMITATVS
DILIGENS ET ACVRATVS TYPVS*

This is a detailed historical map of Central Germany and parts of the Netherlands, titled 'Miliaria Ger com.'. The map is a black and white engraving showing a dense network of towns, roads, and geographical features. In the top left corner, there is a compass rose with labels for 'Septentrio' (North) and 'Meridies' (South). The map includes a scale bar at the top with markings for '1' and '2'. The terrain is depicted with hatching and shading, particularly in the lower half of the map where hills and mountains are shown. Numerous towns and villages are labeled throughout the area, such as Ostrau, Solmsitz, Guttenberg, Hall, Bellenburg, Trebitz, Sennweitz, Seben, Kroehel, Kirchholzen, Schwanitz, Trondorff, Polei, Palberg, Bernburg, Busen, Aderstedt, Alslieben, Plotza, Colbick, Ochmar-sleben, Cullen, Amsdorf, Wernsdorf, Schakenstet, Trofsemitz, Gerbstedt, Tallema, Siegelitz, Ober-Esla, Domitz, Dementitz, Nellen, Vier-Loche, Lebogen, Abemarck, Merdies, Lebogen, Rauenz, Trebitz, Sennweitz, Moerder, Neltz, Mordal, Niedeboen, Grana, Tscherten, Letin, Schaeppick, Flieter-sleben, Klemm, Berstet, Kestede, Crumpf, Dossdorf, Goitzdorf, Teusen, Wams-leben, Eisdorf, Dornstet, Ober-rebling, Kuckniborg, Unter- Esperstet, Goritz, S-Peter, S-Iohan, Gerndorf, S-Niclas, Nem-dorf, Querfurt, Krocstet, Nebr, Wappach, Lander-sleben, Remsdorf, Nebra, Lander-sleben, Wittenberg, Weissen-schrimbach, Leisnig, Losba, Wendes-tain, Radelben, Boettendorf, Wihe, Hethndorf, Tondorf, Garnbach, Nauses, Gehafen, Limeristufe, Harras, obere Heldring, Heldrungen, Brobel, Im Riet, Ollerloben, Alt, Sachsenburg, Kannerff, Kindelbruck, Cappellen, Segen, Gun-srode, Obriensfa, Nearnhele, Amburg, Bonode, Trebra, Nedertostef, Gellinge, Holtzengel, Feldengel, Oberton, Had lich, Westeregel, Kirchengel, Talleben, Badra, Auleben, Hamm, Scherkirch, Berka, Oberspira, Niderspira, Blidderstet, and many others. The map also shows several rivers, including the Elbe, Saale, and Mulde.

The map, titled 'CLIVENSIS ET IVLIACENSIS DVCATVM nouus ac Verus typus. geo: graphicus', depicts the territories of the Duchy of Cleves (DVCATVS) and the County of Mark (MARCACO). The map is divided into several administrative units, each with its own name and specific boundaries. Key regions shown include:

- DUCATUS CLIVENSIS (Top Left):** Labeled 'COMITATVS ZV TPHANIE PARS SEPTENTRIO', it covers parts of North Rhine-Westphalia and the Netherlands.
- WESTPHALIAE PARS (Top Right):** Labeled 'WE ST PHALIA E PARS', it includes areas like Gemen, Borken, and Dorst.
- MARCA CO (Center Right):** Labeled 'M A R C A . C O', it borders the Rhine and includes towns like Mariendaal, Holthusen, and Gelabbeek.
- DUCATUS MONDEN (Bottom Center):** Labeled 'D U C A T U S M O N T E N', it includes towns like Dusseldorf, Ratingen, and Herdenberg.
- PROVINCIAS VALLKEN (Bottom Left):** Labeled 'V A L K E N', it includes towns like Valkenburg and Berg.

The map also features numerous place names, river systems (e.g., Rhine, Lippe, Maas), and various geographical features. A scale bar at the bottom right indicates distances in 'Miliaria germanica magna' (approximately 1-4 miles).